

Obsequia receperat, quod alii non egre concedunt; quid tam naturale est, quam ut illic quoque mortuae sit, & sepulta? Cum & tunc ultimum vite cardinem praereteret; nec nisi egre Ierosolymam redire posset, extremum illic diem obitura.

Tu vero quid ad haec? Id tantum, inquis, ducitur ex conjectura, sed ea parum firma. Etenim nec de tempore, quo Joannes Ephesum venit, nec de anno aetatis quem agebat Maria, cum ad Superos abiit, quidquam certi affirmari licet.

Sic ita porro ut ais, mera sit conjectura. Satis tamen superque valet, ad hanc ipsam, quam de Mariano sepulcro posui Thesim comprobendam. Cum enim eam uti *verisimiliorem* duntaxat posuerim, non uti certam atque indubiam; huic probandae, & asserendae thesi, factis abunde valet conjectura, ex probabili argumeto petita, quam ultro citroque concedis. Quare eam a me productam rationem dissolvisse gloriari non potes, donec suam illi probabilitatem ademeris.

V. Superest quarta ratio, qua Marianum sepulcrum Ephesi situm nonnulli probant, in hunc modum efformata. *Constat ex Actis Ephesini Concilii, Ecclesiam magnam Ephesinam Mariae Virgini dedicatam fuisse: at nondum in morem venerat, ut Ecclesiae in Sancti alicujus honorem consecrarentur, in quibus ejusdem Sancti reliquiae custoditae non essent.*

Non tantum Senem juvenis, verum etiam hominem tuo iudicio doctissimum, & peritissimum non dubitasti reprehendere. Ego autem & me doctissimum, & peritissimum nescio; immo me non esse certissime scio: Quae tamen in me reprehendisti, non corrigere humilitas suavit, sed ea parim fateri, parim defendere veritas ipsa coegit. S. August. lib. 4. de anima cap. 1.

erant igitur in Ecclesia Ephesina, conditae reliquiae Deiparae Virginis.

Hanc tu rationem a nonnullis allatam haud infeliciter refellis, ac etiam falsi convincis, Virum eruditissimum Michaellem Lequien in suis ad D. Joannem Damascenum annotationibus exscribendo. Verum ut hanc ego rationem nequaquam attuli, immo de ea nec per somnium cogitavi: non est cur eam contra insultus tuos tueri, ac defendere debeam. Servent apertum interest fines suos, & sua ipsi munimenta custodiant. Ego Deo favente & fines meos servavi haecenus & mea custodivi munimenta, contra quoscumque conatus tuos. Stant itaque firmæ, & inconcussæ rationes, quibus B. Virginis sepulcrum Ephesi positum propugnavi, nec nisi irrito conatu a te vellicantur, ac reselluntur.

Atque hic animadversionum mearum finis esto, ubi censurarum, atque cavillationum, quibus me ex proprio nomine appellatum ad scribendum provocasti, exitus fuit. De cætero in alia, quam me nulla ratione contingunt, Historiae tuae errata, lapsus, ac naves animadvertere nolim; ne quis me male in te animatum existimet, vicemque tibi rependere voluisse suspicetur: quod quantum a Catholica religione, tantum ab indole mea animoque alienum est.

# INDEX RERUM PRÆCIPUARUM.

*Primus numerus designat Caput, secundus  
Paragraphum.*

**A**lexandrinorum id erat proprium, ut non a Brutis, sed a suis popularibus cæderentur. V. 1.

Ambrosius S. docet, Mariæ Magdalena primam apparuisse Christum post suam resurrectionem. VIII. 2.

**B**aronius ex Eusebio Caesariensi probare aggreditur, speluncam, in qua natus est Christus, non in Bethleem, sed foris in agro suburbano positam fuisse. I. 4. Probare tenet, Brutios non fuisse tortores Christi, ab eaque infamia eos liberare nititur. V. 1.

Beda (Venerabilis) docet, tres tantum fuisse Pastores, qui Christum recens natum adoratum venerunt. II. 1. Unus est ex tota retro antiquitate, qui quaternarium Pastorum numerum dilinque rejecerit. 2. Omnium primus Mariani sepulcri Ierosolymis extantibus meminit. XVII. 3.

Bethleem nomine, alterius Urbis aut Vici, ipsa quoque suburbana tenentur, atque conjunctas. I. 1.

Bruttii cum a Romanis ad Annibalem defecissent, coacti sunt ignominiae causa operam suam in puniendis fontibus navare. V. 1. Hos fuisse tortores Christi tuetur Serry adversus Baronium, & Sandinum. 2. 3.

**C**Agabonus quatuor retulit Pastores adoratores Christi infantis, in perverto Codice graeco anonymo, in Palatina Heidebergensi Bibliotheca asseruato, memoratos, atque ex propriis nominibus appellatos. II. 1. Non existimat autem quatuor revera fuisse pastores, sed nominibus nuncupatos. *Ibid.* Non commovetur in eos, qui simpliciter quatuor admittunt Pastores, usque sua simpliciter darent nomina; sed in eos duntaxat, qui iis nominibus ad magicas incantationes abutuntur. 2.

Christus Jesus extra Bethleem natus est, in agro tamen suburbano, Urbi seu Vico conjuncto. I. 1. Nec repugnat sacris literis attestantibus, Christum in Bethleem natum. *Ibid.* Probatur Christi extra Bethleem natus ex Divo Iuliano. *Ibid.* A tribus tantum Pastoribus, teste Beda, recens natus adoratur. II. 1. Adoratur a Magis, non Regibus, sed vulgaris conditionis hominibus, spherical scientiae peritis. III. 1. Non gestavit Crucem foetis humeris una cum Simone Cyrenaeo. IV. 1. Quinam fuerint ejus tortores. V. 1. & seq. Miles qui lancea latus ejus aperuit, non fuit Longinus nomine. VI. 1. Ex ejus umbra non est rependa causa conversionis latronis penitentis. VII. 2. In ipso mensie in Crucem est actus. 5. Nec obitat Joannes scribens: *Erat Parasceve Pascha, hora quasi sexta.* *Ibid.* Nec Marcus dum ait: *Erat hora tertia, & crucifixerunt eum.* *Ibid.* Surgens a mortuis non Deiparae Virgini primus, sed Mariæ Magdalena, se manifestavit. VIII. 1. Ejus Imaginem Nicephorus Callistus delineavit. IX. 1. Pictas illius Imagines vidisse testatur Eusebius. *Ibid.* Edessena ejus imago. X. Eiusdem Imago Sudario impressa. XI. 1.

Cruces tres, Christi scilicet & Latronum, aequalis fuere altitudinis, ut experimento comprobatum est, quando ab Helena inventae sunt, humoque desolatae. VII. 2.

**D**avid. Ejus oraculum psal. 71. non est peculiariter dictum de Magis Christi adoratoribus, sed de Regibus generatim, populisque gentilibus ad veri Dei cultum vocandis. III. 6.

**E**cclésiæ die Epiphaniae celebrat initia vocationis Gentilium ad veri Dei cultum. III. 6.

Epiphanius S. primas omnium dubium movit de morte Deiparae. XIV. 2.

Evangeliorum Scriptores non solent quascumque res narrare, sed ordine temporum enarrare. VII. 3.

Eusebius Caesariensis scribit, speluncam, in qua enixa Virgo deposuit infantem, foris in agro suburbano positam fuisse. I. 4. Ex quo eruitur, agrum illum extra Bethleem fuisse. 5. Scripsit, visas a se Christi pictas Imagines, ad tempus usque suam religiose serva-

tas. IX. 1. Quae tamen Ethnicorum injuria fortasse perierunt ejusdem Eusebii aetate. 3. Si quas primum viderat Christi Imagines postea extitissent, easdem ad Constantiam Licij uxorem misisset. *Ibid.* Nec quidquam obsesse poterat, eam prosteri sectam Arianorum, seu Theopaschitarum. *Ibid.*

**F**rancorum nomen omnibus ferme Occidentalibus, ac maxime Italis olim fuit commune. V. 4. Qui ait, Francos fuisse Christi crucifixores Scribulator infusus, non Gallos indigitat, sed aperte Romanos. *Ibid.*

**H**ora sexta Judaica incidit in meridiem. VII. 5. Herodes non fuit Romanus, sed Romanis clientelari jure subiectus. III. 1.

**J**ulianus S. Christum extra Bethleemum in agro suburbano natum asserat. I. 1. Hanc esse Sancti Doctoris mentem negat Sandinus; tueritur tamen ex adverso Natalis Alexander, Tillemontius, Cardinalis Franciscus Toletus, & Sigismundus Galenus. *Ibid.* Nec non Joachimus Peronius Benedictinus, qui viatica graeci contextus verba emendat. 2.

**L**atronis penitentis conversionem ab umbra Christi in illum inclinante rependam memorat S. Vincentius Ferrerius. VII. 1. Hunc ad Christum conversum fuisse antequam tenebrae ferent super universam terram asserit S. Leo Magnus. 3. At negant Patres alii bene multi. *Ibid.* Nec S. Leonii suffragatur Divus Lucas in suo Evangelio. *Ibid.* Illius conversionis causam falsam, imo proferat absurdam assignat Jacobus de Voragine. 4. Aequae falsae sunt quae apud Pseudo-Anselmum hac de re leguntur. *Ibid.*

Longinus commaniter dictus ex sinistra graeci textus intelligentia, aut etiam incauta lectione miles ille, qui lancea Christi latus aperuit. VI. 1. Quippe lanceae nomen incaute in militis nomen translatum est. *Ibid.* Id eruitur e multis graecae linguae peritissimis viris. *Ibid.*

**M**agi adoratores Christi num fuerint Reges, quaestio est celeberrima inter Sacrarum Scripturarum interpretes. III. 1. Pro affirmativa sententia stat Sandinus adversus Hyacinthum Serry. 2. 3. 4. 5. 6. Pro negativa Serry adversus Sandinum. *Ibid.*

Maria Christum peperit in specu quodam prope vicum Bethleem. I. 1. Omnium prima non vidit Christum a mortuis suscitatum. VIII. 1. De ejus facie loquitur S. Augustinus. IX. 2. Ex Augustini & Hieronymi auctoritate dubium incertumque ejus Patris nomen. XII. 1. Anno aetatis suae undecimo Virginitatem vovit, parentibus viventibus & consentientibus. XIV. 1. 2. *Quaestiones*, hoc est artem ad viduum exercens dicitur a Tertulliano, & D. Hieronymo. XV. 1. De ejus morte primus omnium dubium movit Divus Epiphanius. XVI. 2. De ejus sepulcro Ierosolymis extante. XVII. 1. 2. 3. Verisimiliter mortua est, ac sepulta Ephesi. XVIII. 1.

Maria Magdalena omnium prima vidit Christum a mortuis suscitatum. VIII. 1. 2.

Melchioris Cani observatio, ut evincat, Magos Christi adoratores fuisse Reges. III. 1.

**N**icephorus Callistus hitoricus parum accuratus ac diligens. IX. 1.

**P**alchalius Radbertus probabiliter tantum, non certo regiam dignitatem Magis Christi adoratoribus tribuit. III. 5.

Pastores, qui Christum recens natum adoratum venerunt tres fuere ex Beda. II. 1. Ex vetusto quodam Codice a Casaubono relato tuere quatuor. *Ibid.* Eorum nomina. 2. His nominibus nonnulli abutuntur ad magicas incantationes. *Ibid.* Eorum nomina, quae graeca, optime congruere possunt viris Judaeis. *Ibid.* Probatur exemplo Divi Stephani primi Diaconi. *Ibid.* Eorum numerus non desinitur. *Ibid.*

Pictorum signum est, Crucem Christi sublimiorem fuisse, quam Latronum. VII. 2.

**Q**uestioaria apud profanos Scriptores ea est, quæ quantum corporis facit: non item apud Tertullianum & D. Hieronymum. XV. 1. 3.

**R**abanus Episcopus Moguntinus Reges & Regnum Francorum pro eodem habuit cum Romano Imperio, & Romanis Imperatoribus. V. 4.

**R**aynaudus (Theophilus) refert ex Casaubono, quatuor fuisse Pastores, qui Christum recens natum adoratum venerunt. II. 1.

**R**upertus Abbas Tullienis primam Christi a mortuis suscitari apparitionem factam Deiparæ Virgini scripsit. VIII. 1.

**S**andinus (Antonius) fidenter exprobrat Hyacintho Serry audaciam, quasi Iustinum violaverit, ac corruerit. I. 1. Inficiatur Divi Iustini mentem esse, quod Christus extra Bethleem ortus sit. *Ibid.* Perperam autem, ut eruitur ex ipsius Iustini interpretibus. *Ibid.* Eum decepti grecum verbum initio transcripserunt a se periculi Divi Iustini positum. 2. Contendit, Boveri & Asinum in nativitate Salvatoris spelunca fuisse, ac Prophetas & Patres de illis loquentes, in sensum litteralem atque historicum esse accipiendos. 3. Perstringit Serryum, quod Eusebii Cæsariensis contextum falsarit. 4. Falsum sensum affingit verbis Casauboni, quibus enarrat, quatuor fuisse Pastores, qui Christum recens natum adoratum venerunt. II. 2. Conatur infringere rationes ac momenta omnia, quibus Serryus probavit, Magos Christi adoratores non fuisse Reges. III. 2. 3. 4. 5. 6. Scribit, nulla nisi Leuciorum fide interpretationem vocis *ἄστρον*, quam Serryus adornavit. IV. 1. Instaurare nititur rationes atque momenta omnia Cardinalis Baroni, ut ostendat, Brutius non fuisse Christi tortores. V. 1. 2. 3. Conatur transferre occulte hanc ignominiam in Gallos. 4. Ait, *videri minus caute dictum*, quod assertit Serryus de milite Christi latus lancea aperiente. VI. 1. Quatuor errorum inculcat Serryum de Latrone peccante differente. VII. 1. Negat, Christum in ipso meridie in Cruce actum esse. 5. Asserit, ex S. Ambrosio, & Sedulo poeta, primam Christi a mortuis excitari apparitionem Deiparæ Virgini factam fuisse. VIII. 1. Arguit Serryum, quod contra Nicephorum disputaverit, & S. Augustinum præpòterre citaverit. IX. 1. 2. Vendit Serryum Casauboni focium in oneranda criminationibus Edessena Christi Imagine. X. Tuetur Veronicæ historiam uti veram. XI. 4. Explicat Augustinum de Patre Deiparæ loquentem. XII. 1. Interpretatur Hieronymum de eodem Deiparæ Patre scribentem. XIII. 1. Ex cavillandi libidine carpit Serryum, quod male interpretatus sit vocem *Questuaria* in Tertulliano & D. Hieronymo. XV. 1. Appellat Serryum inverecundum, eo quod quamdam S. Epiphani rationem *elumbem* dixerit. XVI. 1. Insuper immodestum eum dicit, quod Epiphanium audacia notaverit. 2. Juvenalem Episcopum, & Euthimium defendit asserentes, sepulcrum Deiparæ Jerosolymis extare. XVII. 1. 2. 3. Refellere nititur omnia momenta, quibus Serryus adstruit, Deiparam verisimiliter mortuam esse ac sepulcrum Ephesi. XVIII. 1. & seq.

**S**edulius Poeta. Non liquet omnino, an de Deipara Virgine, aut de Ecclesia locutus sit, cum de prima Christi post resurrectionem suam apparitione cecinit. VIII. 3.

**S**erryus (Hyacinthus). Arguitur a Sandino, quasi Iustinum violaverit ac corruerit. I. 1. Insuper, quod Eusebii Cæsariensis contextum falsarit. 4. Ostendit, Divi Iustini mentem esse, quod Christus extra Bethleem ortus sit. 1. Cum observavit, Casaubonum quatuor retulisse Pastores, in pervertuto Codice greco anonymo, in Palatina Heidelbergensi Bibliotheca

asservato, memoratos, atque ex propriis nominibus appellatos, quid significatum voluerit. II. 1. Tuetur contra Sandinum, Magos Christi adoratores non fuisse Reges. III. 2. 3. 4. 5. 6. Probat ex formulis, quæ in Evangelio occurrunt, Simonem Cyrenæam non gestasse Crucem Domini una cum Iesu sociis hameris; sed solum Crucem onustum fuisse. IV. 2. Brutius fuisse Christi tortores tuetur adversus Baronium ac Sandinum. V. 1. 2. 3. Uti meram conjecturam ex multis græcæ linguæ peritissimis viris exserbit, militem, qui lancea Christi latus aperuit, non fuisse Longinum nomine. VI. 1. Scribit, S. Vincentium Ferrerium memorasse causam conversionis latronis poenitentis. VII. 1. Quatuor errorum inculcat a Sandino. *Ibid.* Eundem refellit. 1. 2. 3. Cur S. Vincentio Ferrerio memoranti causam conversionis latronis poenitentis sociaverit Iacobum de Voragine. 4. Tuetur, Christum in ipso meridie in Cruce actum esse. 5. Christum post resurrectionem suam Mariæ Magdalenzæ primo apparuisse, non Deiparæ Virgini, docet contra Sandinum S. Ambrosii verba haud intelligentem. VIII. 2. Suam sententiam probat auctoritate Natalis Alexandri. *Ibid.* In quo sensu Nicophori Callisti auctoritatem rejecit, & Augustinum citaverit. IX. 1. 2. Edessenam Christi Imaginem nullis, ac Casaubonus, criminationibus oneravit. X. Historiam de Veronica non ut omnino falsam, sed ut incertam rejicit celeberrimum Scriptorem auctoritate nititur. XI. 1. 2. 3. Respondet Sandino pro illius historiz veritate dimicanti. 4. 5. Ex Augustini & Hieronymi auctoritate contendit, dubium incertumque esse Patris Deiparæ nomen. XII. 1. Respondet Sandino alter explicanti Augustinum de Patre Deiparæ loquentem. *Ibid.* Ostendit ex Tillemontio, Ecclesiam Augustini ætate nullam habuisse Traditionem, quæ Joachimum diceret Virginis Deiparæ Patrem. 2. Divi Hieronymi hac sepe re mentem exponit adversus Sandinum. XIII. 1. Exponit sensum Maldonati a se hæc in eadem controversia citati. 2. Cur dixerit, Cedrenum scripsisse, Deiparam anno ætatis undecimo vivisse Virginitatem viventibus adhuc & consentientibus parentibus. XIV. 1. Exponit Tertullianum & D. Hieronymum vocantes Deiparam *questuariam*. XV. 1. 2. 3. Cur *elumbem* vocaverit quamdam S. Epiphani rationem. XVI. 1. Num immodestus in eundem S. Epiphanium appellari possit. 2. Rejicit auctoritatem Juvenalis Episcopi, & Euthymii asserentium, Deiparæ Virgini sepulcrum Jerosolymis extare. XVII. 1. 2. 3. Verisimiliter eximat, Virginem mortuam esse ac sepulcrum Ephesi. XVIII. 1. Respondet Sandino, qui omnes hæc sententiæ momenta infirmare, irritum licet conatu, tentat. 1. 2. & seq.

**S**imon Cyrenæus Crucem Domini ex hameris Christi ad suos translata bajulavit. IV. 2.

**T**heophylactus omnium primus Regiam Magis dignitatem attribuit. III. 5.

**T**ortores Christi quam ex gente fuerint. V. 1. Nupiam in Evangelio qui Christo Domino supplicia exsententia Judicum decreta intulerunt, milites vocitantur. 3.

**V**eronica non est nomen Mulieris Sudarium Christo præbens, sed Imaginis Sudario impressæ. XI. 1. Ejus historiam Marianus Scotus omnium primus narravit. 2. Methodius, quem citat Scotus, non est Methodius Tyriorum Episcopus. 3. Natalis Alexander, & Tillemontius rejiciunt quæ de Veronica narratur. 2.

**V**incentius Ferrerius S. memorat causam conversionis latronis poenitentis. VII. 1.

**P**rostat apud nos liber, Parisiensem præferens editionem, cui titulus: F. Hyacinthi Serry, *Primarii Theologi Patavini, Animadvertiones anticritice in Historiam Sacre Familie ab Antonio Sandini juris utriusque Doctore novissime scriptam Parisiis apud Antonium Dezallier, anno 1735.*

Querelam hanc, & austeram Apologiam brevibus verbis referre haud possumus; autumamus enim, eam nondum esse finitam. Itaque, ne eadem iterum fastidiose sint repetenda, modo & Censoris objectiones, & Serryi responsiones analyticæ enucleabimus. Sane nostri munus esset, modum, quo uterque scriptis, ob oculos ponere, cognitio enim hæc multum conducere, & ad assequendum auctorum animum, & ad ferendum æquum de eorum causis iudicium. Verum id facili negotio deprehenditur, quisquis libellos eosdem perlegerit. De primo diximus anno elapso folio 37. Dicturi de altero, ut ordinatim procedamus, exordium ducemus a Prefatione. Conqueritur in hac P. Serry, se solum impetivisse, cum eadem scriperint ante ipsum alii quamplures. Animadvertendum tamen est, eum a se ipso imperi tertio capitis primi paragrapho per ea verba, quibus quæ mens, qui sensus inest, divinare non possumus: *Ceterum surda hic aure prætereo, quod de Bove, & Asino Sandine dicitur*. Deinde Sandini Historiam exagitantem sibi proponit, suasque responsiones juxta paginarum ordinem prosequens, rem totam octodecim Capitibus absolvit.

Cap. I. Sandinus pag. 11. suæ Historiæ (Edition. Seminar. Patav. an. 1755.) Serryo notam inurit, quod dixerit suo in libro *Exercitationes etc. exercit. 30. §. 2.*, S. Iustinum martyrem asseruisse, Christum extra Bethleem esse natum; quodque insuper Eusebii textum vitaverit, adiciens verba juxta Bethleem.

Primæ objectioni respondet Serry, S. Iustini verba juxta suam mentem exponere contendens. Verum ad finiendam hanc difficultatem satis non facit versio, quam Serry producit, sed necessario adendum est Græcum Autographum, quod apud Sandini criticen videre est. Respondet secunda iniquens, vocem in agro, usurpatam ab Eusebio idem sonare, ac ea, quæ ipse, præeunte Baronio, asseruerat.

Cap. II. Sandinus pag. 14. Serry verba reprehendit in exercitatione 31. §. 6. *Casaubonus exercit. 2. in Baronium, quatuor fuisse contendit*, (Pastores, qui Iesu a recens natum adorarunt) quorum nomina ex pervertuto Codice Græco anonymo in Palatina Vitebergensi Bibliotheca asservato representant, Misael, Acheel, Stephanum, & Cyriacum.

Serry eadem sua verba explicare fatagit, atque, ea se ex Theophylo Raynaud exscriptisse, cum tunc Casaubonum non haberet ad manum.

Cap. III. Sandinus pag. 28. & 30. communem Ecclesiæ opinionem secutus, Magos, Infantis Iesu adoratores, fuisse Reges defendit, ideoque, contra Serry argumenta, ea omnia profert, quæ jam pridem Melchior Cano, alique hanc in rem scripsere. Advertit insuper, Theophylactum primum omnium non scripsisse, ut putat Serry, Magos fuisse Reges.

Ita subtiliter, & ad singula Sandini capita respondet Serryus, ut utriusque sententia in fonte examinare necessum sit; non enim possumus, paucis pro more nostro completi ea omnia, quæ ambo in hanc rem scripsere.

Serry Tom. III.

**C**OL nome di Parigi vedesi qui publicato il seguente libro: F. Hyacinthi Serry, *Primarii Theologi Patavini, Animadvertiones anticritice in Historiam Sacre Familie ab Antonio Sandini juris Utriusque Doctore novissime scriptam, Parisiis apud Antonium Dezallier, anno 1735.*

Non possiamo in brevi parole dar relazione di questa risentita Apologia, perchè supponiamo, che qui non abbia a finire. Per non aver dunque altra volta a far ripetizioni noiose, faremo qui un'analisi distinta delle obbiezioni del Censore, e delle risposte. Prima di tutto farebbe nostro debito dar contezza del modo di scrivere, che molto serve a formar idea dell'animo degli autori, ed ha grande influenza nel giudizio, che dee formarsi del merito, o demerito di simili cause. Ma per questa volta preghiamo i curiosi a dispensarsene, e legger le Opere stesse. Della prima noi parliamo nel foglio 37. dell'anno passato. Di questa per parlar con ordine cominciamo dalla Prefazione, in cui si lamenta il P. Serry d'essere stato attaccato solo, quando altri ancora scrissero le cose stesse innanzi di lui. E' osservabile però, ch'egli si attacca da se stesso nel paragrafo terzo del capo primo, che comincia con questa espressione, la quale noi non sappiamo come chiamare: *Ceterum surda hic aure prætereo, quod de Bove, & Asino Sandine dicitur*. Poi prende per mano la Storia del Signor Sandini, e camminando nelle sue risposte coll'ordine delle pagine, forma diciotto Capitoli.

Cap. I. Il Signor Sandini alla pag. 11. della sua Storia (Edition. Seminar. Patav. an. 1755.) avea notato il P. Serry, perchè faccia dire a S. Iustino Martire nel suo Libro intitolato *Exercitationes etc. exercit. 30. §. 2.* che Cristo sia nato fuori di Bethlemme; e perchè alteri un testo di Eusebio, aggiungendovi le parole juxta Bethleem.

Alla prima obbiezione risponde il P. Serry ingegnandosi d'interpretare secondo la sua opinione il testo di S. Iustino. Ma per decidere questo punto non basta veder la versione portata da P. Serry. E' necessario considerare il Greco originale, che si può leggere nella Critica del Sig. Sandini. Alla seconda obbiezione risponde, che la voce in agro, usata da Eusebio, equivale a quanto ha detto egli, ed il Baronio da lui seguito.

Cap. II. Il Sig. Sandini pag. 14. riprende il P. Serry per aver dette queste parole nella esercitazione 31. §. 6. *Casaubonus exercit. 2. in Baronium, quatuor fuisse contendit* (Pastores, qui Iesu recens natum adorarunt) quorum nomina ex pervertuto Codice Græco anonymo in Palatina Vitebergensi Bibliotheca asservato representant, Misael, Acheel, Stephanum, & Cyriacum.

Il P. Serry s'industria di spiegare le sue stesse parole, e dice di aver seguito Teofilo Raynaud, cum tunc Casaubonum non haberet ad manum.

Cap. III. Il Sig. Sandini alla pag. 28. & 30. seguitando l'opinione comune della Chiesa, vuole, che i Maggi adoratori del Bambino Gesù fossero Re, e perciò porta le risposte agli argomenti del P. Serry già molto tempo innanzi date da Melchior Cano, e da altri. Osserva di più, che non fu Teofilo, come suppone il P. Serry, il primo a scrivere, che i Maggi fossero Re.

Come il P. Serry risponde assai sottilmente, ed a passo per passo, così è necessario leggere l'uno, e l'altro Scrittore non potendosi comprender tutto il necessario in questa nostra limitata relazione.

Kkk

Cap.

P R O -

Cap. IV. Sandinus pag. 162. ubi inquitur, an *Cyrenaeus* una cum Christo Crucem bajulaverit, arguit *Serryum*, quod asseruerit, vocem Graecam *κρηνος* sonare non solum oneris bajulationem, sed ejusdem de unius in alterius humeros translationem.

Respondet *Serry* ex variis Sacrae Scripturae textibus, praefatam vocem ad significandam oneris translationem usurpari.

Cap. V. Sandinus pag. 191. accusat *Serryum*, quod agens de Christi Crucifixoribus Cardinalis *Baronii* verbis abutatur, nec potissimo ejus argumento respondeat, quo praefatos Crucifixores Calabros non fuisse evincit.

Respondet *Serryus*, *Sandinum*, *Baronii* causa, quam defendendam suscepit, injuriam facere: Historicus enim ille non bonam operam navasset, si juxta *Baronii* mentem scripsisset. Deinde subdit, se *Baronio* non respondiisse, eo quod argumentum ejus, utpote futile, & nullius momenti, dignum non erat, quod revinceretur.

Cap. VI. Sandinus pag. 194. opponit *Serryo*, quod exercitatione 55. §. 6. asseruit, *Longini* nomen militi, qui latus Christi aperuit, tributum, mendum esse ex *sinistra* Graeci textus intelligentia natum, lanceaeque nomen ( *δριγμα* ) qua perfolsum est Christi latus, in nomen militis incaute imprudenterque translatum fuisse.

Respondet *Serryus*, se hac in re secutum Criticos celeberrimos, quorum nomina recenset.

Cap. VII. Sandinus pag. 200. *Serryum* culpatur, quod de latrone penitente agens, *D. Vincenzio Ferrerio*, & *Jacobo a Voragine* verba adscribat, quae ipsi nunquam exciderunt.

*Serryus* quoad *D. Vincenzium Ferrerium* optime causam suam tuetur; quoad *Jacobum a Voragine*, fatetur, se nimium credidisse *Theophylo Raynaldo*. Non abs re erit referre, quid suo adversario *Serryus* respondeat num. 5. hujusce capituli. Dixerat *Serryus* exercit. 56. §. 6., Christum crucifixum fuisse ipso meridie, quod idem est, ac in ipso mediae diei articulo. Putat *Sandinus* id accidisse circa meridiem: ideoque pag. 200. suae Historiae advertit, *S. Marcum* scripsisse *hora tertia*, *S. vero Joannem* *hora quasi sexta*. Unde infert, non igitur ipso meridie. *Serryus* objectionem hanc appellat, non solum cavillationem, sed errorem patentissimum ne Sacrarum quidem Scripturarum tyrunculo condonandum. Nititur ergo ostendere, *horam sextam* idem esse, ac *meridie*. Adeo audentes non sumus, ut id sufficere asseramus.

Cap. VIII. Sandinus pag. 242. *Serryo* notam inurit, quod asseruerit, *Rupertum* Abbatem primum omnium scripsisse, Christum ex mortuis resurgentem Mariae Deiparae priusquam cuique alii apparuisse, cum confiter, *S. Ambrosium*, & *Sedulium* ante *Rupertum* id scripsisse.

Respondet *Serry*, & quidem optime, *S. Ambrosium* eo in loco de alia Maria sermone habere; *Sedulium* vero inter Ecclesiae Patres locum non habere.

Cap. IX. Sandinus pag. 258. *Serryum* reprehendit, eo quod *Nicephoro* de humana oris, corporisque forma Christi Domini fidem non habeat, non alia sane ratione, nisi quod *Nicephorus* a veteribus id accipere non potuerit. Urget *Sandinus*,

Cap. IV. Il Sig. Sandini alla pag. 162. dove si cerca, se *Simon Cyrenaeo* abbia portata la Croce insieme con Gesù Cristo, nota il P. Serry, perchè affermi, che il verbo Greco *κρηνος* voglia dire non solamente portar un peso, ma ancora trasferirlo dalle spalle d' uno in quelle d' un altro.

Risponde il P. Serry raccogliendo da varj luoghi del Sagro Testo, che questo verbo Greco viene usurpato per esprimere il trasporto d' un peso.

Cap. V. Il Sig. Sandini lo nota alla pag. 191. perchè trattando dei Crucifissori di Cristo fa dire al Card. *Baronio* una cosa per un' altra: e poi non risponde alla lui principal ragione, colla quale prova, che i sopraddetti Crucifissori non furono *Calabresi*.

Risponde il P. Serry, che il Sig. Sandini tradisce la causa del *Baronio*, la quale ha preso a difendere: perchè se quello Storico avesse argomentato, come vuole il Censore, avrebbe argomentato malissimamente. Di poi soggiunge, che non ha egli risposto alla ragione del *Baronio*, perchè non v' era bisogno di rigettarla, essendo vana in se stessa, e di niun momento.

Cap. VI. Il Sig. Sandini alla pag. 194. nota il P. Serry, perchè abbia detto nella sua esercit. 55. §. 6. che il nome *Longino* dato al Soldato, che ferì il lato di Gesù Cristo sia un errore ex *sinistra* Graeci textus intelligentia natum, lanceaeque nomen ( *δριγμα* ) qua perfolsum est Christi latus, in nomen militis incaute imprudenterque translatum fuisse.

Risponde il P. Serry d' aver egli in ciò seguitato Critici eccellentissimi, e gli nomina ad uno, ad uno.

Cap. VII. Nota il Sig. Sandini alla pag. 200. il P. Serry, perchè trattando della Conversione del buon Ladrone, fa dire a *San Vincenzo Ferrerio*, e a *Jacopo di Voragine* ciò, che essi non dicono.

Il P. Serry si difende assai bene intorno a *S. Vincenzio Ferrerio*: e quanto a *Jacopo di Voragine*, confessa d' essersi troppo fidato di *Teofilo Rainaud*. Non vogliamo lasciar la risposta, che dà il P. Serry al suo avversario nel num. 5. di questo Capo. Avea detto il P. Serry nella esercit. 56. §. 6. che Cristo fu crocifisso ipso meridie, che rigorosamente parlando vuol dir nel punto preciso del mezzo giorno. Il Sig. Sandini pretende, che ciò sia seguito verso il mezzo giorno: e però nella pag. 200. della sua Storia osserva, che *S. Marco* dice *hora tertia*, e *S. Giovanni* *hora quasi sexta*. Quindi cava questa conseguenza, non igitur ipso meridie. Il P. Serry chiama questa obbiezione non solamente cavillationem, ma errorem patentissimum ne Sacrarum quidem Scripturarum tyrunculo condonandum. Per tutta ragione egli mostra, che *hora sexta* è lo stesso che *meridies*. Non osiamo dire, che basti.

Cap. VIII. Il Sig. Sandini alla pag. 242. lo nota, perchè affermi, che *Rupertus* Abate fosse il primo ad asserire, che Cristo risorto apparisse innanzi d' ogni altra persona alla B. Vergine sua Madre: quando avanti *Rupertus* lo disse *S. Ambrogio*, e *Sedulius*.

Risponde il P. Serry, e risponde bene, che *S. Ambrogio* nel luogo citato dal suo Censore parla d' un' altra Maria. Quanto a *Sedulius*, si difende con dire, che questo Autore non s' annovera fra Padri della Chiesa.

Cap. IX. Il Sig. Sandini alla pag. 258. nota il P. Serry, perchè non voglia prestar fede a *Niceforo* sopra la forma del Corpo di Cristo, col pretesto che *Niceforo* non abbia potuto in ciò seguire alcun antico Scrittore. Dice il Sig. Sandini,

aisque, necessum esse, ut id fidenter asseratur, cognita & perfecta habere Veterum omnium scripta, tum ea, quae profant, tum ea, quae latent.

Respondet *Serryus*, suoque ab adversario querit, num ipse, dum recentium Scriptorum rejicit fabellas, eo quod de ipsis veteres fileant, totius vetustatis monumenta norit. Rem gratam praestitisset *Serryus*, si hujusmodi capita in sui Censoris historia indicasset.

Cap. X. Sandinus pag. 276. ait, *Grethserum* & *Calcagninum* confutasse singulas criminationes, quibus in *Edessenam* imaginem usus est *Casaubonus* exercit. 13. §. 31. & post eum *Hyacinthus Serry* exercit. 47. §. 31.

Respondet *Serryus* se in hoc a *Casaubono* differre, quod ipse praefatam imaginem dubiam tantum asseruit, *Casaubonus* vero rejicit tamquam prorsus fictitiam.

Cap. XI. Sandinus pag. 282. haec habet: *Serryus* exercit. 56. §. 4. negat ullam in iis mulieribus, quae Christum comitarentur, *Veronicam* nomine existisse, totamque ejus facti historiam his verbis infirmat &c.

Objectionem hanc aegre fert *Serryus*, atque, se neutiquam factum hoc negasse, sed tantum in dubium vocasse, repetitque eadem sua verba, quae colligitur, incertum omnino esse.

Cap. XI. Sandinus pag. 313. *Serryo* opponit, quod asseruerit, a *S. Augustino* reprehensum fuisse *Faustum Manicheum* eo quod sentiret, Sacerdotem quemdam nomine *Joachimum* Mariae Virginis Patrem fuisse; cum tamen alia de causa illum reprehenderit, nimirum, quia fidenter pronuntiabat, *Joachimum* hunc fuisse Sacerdotem de Tribu Levi: quo posito consequens erat, *Mariam* de Tribu Juda, & stirpe *David* non fuisse.

Respondet *Serryus*, sed responso, ni fallimur, in aequivoco laborat.

Cap. XIII. Sandinus pag. 315. damnat *Serryum*, quod exercit. 18. §. 4. statuerit, *Mariae Virginis* Patrem *Cleopham* fuisse, non *Joachimum*, *Hieronymo* iudice.

Respondet *Serryus*, propositionem suam nullatenus infirmari; si enim *S. Hieronymus* rem hanc in dubium vocavit, dubium etiam partem affirmantem complectitur. An *Sandinus* hujusmodi argumentationi acquiescere velit, incertum nobis est.

Cap. XIV. Sandinus pag. 328. carpit *Serryum*, quod affirmat *Cedrenum* scripsisse, *Mariam* Virginem anno aetatis suae undecimo votum emisisse, viventibus adhuc, imo consentientibus ejus Genitoribus: qua de re alium apud *Cedrenum* silentium.

Respondet *Serryus*, se *Baronio* adhaesisse; ideoque *Baronium* esse reprehendum.

Cap. XV. observat *Sandinus*, prater rationem, *Serryum* affirmare, *Tertullianum* Christi Matrem *questuariam* nominasse; ideoque duo advertit; quorum primum est, *Tertullianum* nomenclaturam illam *Mariae* non tribuisse, sed ut prolatam a Christi hostibus retulisse. En ejus verba lib. de *Spectaculis* cap. 30. *Hic est ille, dicam fabri, aut questuariae filius, Sabbathi destructor, Samarites, demonium habens*. Alterum vero, *Tertullianum* ea voce *Mariam* appellare non potuisse; hujusmodi enim voce, *Latinorum* more, mulieres tantum peccatrices indigant, prout ridere est in ejus libro de *Cultu foeminarum* cap. 12.

*Serryus* primam objectionem furda aure praeferit; in secundam solum insurgit, nullumque la-

Serry Tom. III.

ni, che per asserir ciò con sicurezza, bisogna avere una piena cognizione di tutti gli antichi Scrittori, che sono pervenuti, e che non sono pervenuti ai nostri tempi.

Risponde il P. Serry interrogando il suo Censore, se abbia egli cognizione di tutta l' antichità, quando rigetta le favole de' moderni Scrittori pel solo silenzio degli antichi. Sarebbe desiderabile per oharezza, che il P. Serry avesse notati questi luoghi della Storia del suo Censore.

Cap. X. Il Signor Sandini alla pag. 276. dice, che *Grethsero*, e *Calcagnino* confutarono singulas criminationes, quibus in *Edessenam* imaginem usus est *Casaubonus* exercit. 13. §. 31. & post eum *Hyacinthus Serry* exercit. 47. §. 31.

Risponde il P. Serry esser egli in questo diverso da *Casaubono*, che quell' Autore tiene per favolosa affatto l' immagine *Edessena*, ed egli sostiene solamente esser dubbiosa.

Cap. XI. Il Signor Sandini pag. 282. dice, che il P. Serry exercit. 56. §. 4. negat ullam in iis mulieribus, quae Christum comitarentur, *Veronicam* nomine existisse, totamque ejus facti historiam his verbis infirmat &c.

Si querela di questa obbiezione il P. Serry, professando di non aver negato questo fatto, ma di averlo fatto solamente dubbioso, e porta le sue stesse parole, nelle quali si conchiude incertum omnino esse.

Cap. XI. Il Signor Sandini alla pag. 313. lo nota, perchè affermi, che *S. Agostino* riprenda *Fausto Manicheo*, come se questo Eretico dicesse, che un certo Sacerdote per nome *Gioacchino* era il Padre di *Maria Vergine*; e pure non lo riprende per tal cagione, ma perchè diceva, che questo *Gioacchino* era Sacerdote della Tribù di *Levi*, e così *Maria* non era della Tribù di *Giuda*, nè della Stirpe di  *Davide*.

Noi dubbitiamo, che il P. Serry rispondendo argomenti in un modo equivoco. E' necessario leggerlo.

Cap. XIII. Il Signor Sandini lo nota alla pag. 315. perchè faccia Padre di *Maria Vergine* *Cleopham*, non *Joachimum*, *Hieronymo* iudice, come si esprime nell' esercit. 18. §. 4.

Il P. Serry pretende, che la sua asserzione possa sussistere; perchè essendo stato *S. Girolamo* dubbioso sopra di ciò, nel dubbio si comprende anche la parte affermativa. Non sappiamo se il suo Avversario gli vorrà passar questo modo di argomentare.

Cap. XIV. Il Signor Sandini lo nota alla pag. 328. perchè affermi avere scritto *Cedreno*, che *Maria Vergine* l' anno 11. di sua età fece voto, essendo ancora vivi, e consententi i di lei Genitori; quando niente ritrovasi sopra di ciò in *Cedreno*.

Il P. Serry risponde d' aver seguitato il *Baronio*, e perciò lui doverli riprendere.

Cap. XV. Il Signor Sandini osserva, che senza fondamento il P. Serry afferma, aver chiamata *Tertulliano* col nome di *questuaria* la Madre di Gesù Cristo, e sopra di ciò fa due riflessioni. La prima si è, che *Tertulliano* mette questa parola in bocca de' nemici di Gesù Cristo. Ecco le sue parole nel Libro de *Spectaculis* cap. 30. *Hic est ille, dicam fabri, aut questuariae filius, Sabbathi destructor, Samarites, demonium habens*. La seconda si è, che *Tertulliano* non poteva neppur dirlo; non usando egli secondo il costume de' Latini, di dar questo nome, se non a donne da peccato, come fa nel Libro de *Cultu foeminarum* cap. 12.

Il P. Serry rispondendo passa la prima obbiezione, e si ferma nella seconda, facendo molto stre-

Kkk 2

pidem non movet, ut ostendat *questuaria* nomen honesto in sensu posse usurpari, prout illam usurpavit ipemet *Tertullianus* in Apolog. cap. 13. *Deorum majestatem questuariam*, idest vendibilem, appellans.

Cap. XVI. *Sandinus* pag. 370. vellicat *Serryum*, quod elumbem dicat rationem, qua S. *Epiphanius* ad dubitandum adductus est, an B. Virgo mortua sit, nec ne; quodque eundem *Epiphanium* audaciæ infimulet.

*Serryus* ad eruditos omnes provocat, ut & de suis verbis, & de *Epiphanii* ratione iudicium ferant.

Cap. XVII. *Sandinus* pag. 373. *Serryum* reprehendit, quod dixerit, *Euthymium* Historicum (quo teste S. *Joannes Damascenus* probat Mariam Jerosolymis obiisse) Scriptorem esse tota retro antiquitate ignoratum; quod quidem asseri nullatenus potest, eo quia omnia antiquitatis monumenta ad nostram notitiam non devenere.

Respondet *Serryus*, *Sandinum* vim omnem elevare argumenti negativum, a veterum silentio petiti; quod quidem juxta omnes magni ponderis est in re historica.

Cap. XVIII. *Sandinus* pag. 372. Historiam *Euthymianam*, quam citat S. *Joannes Damascenus*, aliorumque Scriptorem autoritate, Mariam Virginem Jerosolymis mortuam esse, pro certo habet. Deinde pag. 375. diluit objectiones, quas *Serryus* & *Tillemontio* excerpit.

*Serryus* rejicit sui adversarii responsiones. Verum cum neuter argumenta vere demonstrativa producat, ideo ad ferendum æquum de utriusque majori, vel minori probabilitate iudicium, amborum textus simul conferre necessum est.

En potiora harum animadversionum capita stridam a nobis relata. *Serryus* obiter aggressorem suum multis, iisque validis argumentis aggreditur. Alia quoque capita contra *Serryum* in historia *Sandiniana*, utriusque opera examinantes deprehendimus. Ad hæc respondebit forsitan, cum liberit. Nisi forte dicendum sit, ei e memoria excidisse, quod in Prefatione promiserat, nimirum, se evidentissime ostensurum, *cenfuras illius omnes, notisque criticis sutiles, castas, irritas*. En ex præfatis capitibus nonnulla. In notis pag. 11. Historiam *Sandinianam* legitur *Serryum* exercitat. 30. sine teste, sine auctore dixisse, Jerusalem, quo tempore Christus natus est, muris cinctam fuisse. In notis eisdem pag. 34. culpatur *Serryus*, quod scriperit, *Magorum* nomina apud Arabes prorsus ignota & inaudita fuisse; cum constet apud *Plinium*, & *Ptolomeum* Arabiam Magos nominari. Pag. 155. redarguitur, quod exercitat. 25. §. 3. *D. Joannem Chrysostrum* inter eos recensuerit, qui putarunt S. *Joseph* tempore Crucifixionis Christi adhuc in vivis fuisse, Christumque matrem suam S. *Joanni*, non S. *Joseph* commendare voluisse. Quod quidem omnino alienum a mente *Chrysostrami*, e cujus verbis eruitur duntaxat, Mariam non alios, præter Jesum, filios habuisse. Item pag. 182. notatu dignum est, *Serryum*, ut demonstret, Christi Crucifixores fuisse *Calabros*, *Syrabones*, & *Diodori* Siculi auctoritatem in medium proferre: apud quos Scriptores nihil hujusmodi reperire est, prout observavit Author libri, cui titulus *De Torribus Christi*. Pag. 282., & 285. notat *Sandinus*, *Serryum* rejicientem *Veronicæ* imaginem exercitat. 54. §. 4. traducere *Marianum Scotum*, tantquam *quæstorem lubricæ fidei*, & *eruditionis exigue*; virum nimirum, quem magni faciunt; & com-

strepito, e dicendo que la voce *questuaria* poteva esse usurpata in buon senso, come in fatti la usurpò *Tertulliano* stesso nell' Apolog. cap. 13. dove chiamò *Deorum majestatem questuariam*, cioè vendibile.

Cap. XVI. Il Signor *Sandini* alla pag. 370. nota il P. *Serry*, perchè chiama dilombata la ragione, dalla quale mosso S. *Epifanio* pose in dubbio, se Maria Vergine sia morta, o no; e perchè taccia di audacia il medesimo S. *Epifanio*.

Il P. *Serry* appella al giudizio di tutti gli eruditi sopra le sue espressioni, e sopra la suddetta ragione.

Cap. XVII. Il Signor *Sandini* alla pag. 373. lo nota, perchè dice, che *Eutimio* Storico (del cui testimonio si serve S. *Giovanni Damasceno*, per provar che Maria Vergine è morta in Gerusalemme) è uno Scrittore sconosciuto a tutta l' antichità: ciò, che non puossi asserire, perchè tutti i monumenti dell' antichità non sono a noi pervenuti.

Il P. *Serry* risponde, che il suo Cenfore in questa maniera distrugge l' argomento negativo, preso dal silenzio degli antichi; che pure per comun sentimento ha tanta forza nelle cose storiche.

Cap. XVIII. Il Signor *Sandini* alla pag. 372. con l' autorità della Storia *Eutimiana* citata da S. *Giovanni Damasceno*, e col testimonio d' altri Scrittori pretende, che Maria Vergine sia morta in Gerusalemme. Poi alla pag. 375. risponde alle obbiezioni del P. *Serry* prese dal *Tillemont*.

Il P. *Serry* rigetta le risposte del suo Cenfore. Ma come nè per l' una, nè per l' altra parte si può trovar dimostrazione, così per giudicare della maggiore, o minore probabilità è necessario far un diligente confronto ne' testi propri.

Noi abbiamo riferiti i punti principali. Incidentalmente il P. *Serry* assalisce il suo stesso assalitore non senza forti e vibrare ragioni. Abbiamo osservato in occasione di analizzar l' una, e l' altra Opera qualche altro passo nella Storia del Signor *Sandini*, dove è attaccato il P. *Serry*, al qual forse vorrà risponder altra volta: se pure non gli è scappato; giacchè si era impegnato nella Prefazione di provare *cenfuras illius omnes, notisque criticis sutiles, castas, irritas*. Eccoli appunto. Nelle note alla pag. 11. della Storia *Sandiniana* si nota il Padre *Serry* per aver detto nell' esercit. 30. senza testimonianza d' autore alcuno, che Gerusalemme al tempo della nascita del Redentore era cinta di muraglie. Più nelle note alla pag. 34. lo nota per aver detto, che il nome de' *Maggi* fosse inaudito appresso gli Arabi, quando *Plinio*, e *Tolomeo* nominano i *Maggi* d' Arabia. Più nelle note alla pag. 155. nota, aver il P. *Serry* nella sua esercitazione 25. §. 3. annoverato S. *Giovanni Chrysostramo* tra quelli, i quali stimano, che S. *Giuseppe* fosse vivo nel tempo della Crocifissione, e che Gesù Cristo nientedimeno abbia voluto raccomandare sua Madre piuttosto a *San Giovanni*, che a *San Giuseppe*; quando questo non è il sentimento di *San Giovanni Chrysostramo*, dalle cui parole si dee solamente conchiudere, che la Vergine non ha avuto altri figliuoli, fuorchè Gesù Cristo. Più nelle note alla pag. 182. osserva, che il P. *Serry* per provare, che i Crocifissori di Cristo furono *Calabresi*, si serve dell' autorità di *Syrabone*, e di *Diodoro* Siciliano, appresso i quali nulla di ciò si legge, come notò l' autore del Libro intitolato *De Torribus Christi*. Più alla pag. 282. e 285. lo nota, perchè rigettando l' immagine della

mandant *Tritemius*, *Sigebertus*, & *Vossius*. Pag. de- mum 361. advertit, *Serryum* fidenter pronuntiasse, Mariam Virginem *Lanavianam* appellatam fuisse a S. *Anselmo*, *Industariam* a S. *Epiphanio*, *Textricem*, a S. *Hieronymo*, eumque urget, ut indignetur, ubi, & quis in operibus apud prefatos Patres monumenta hæc adinvenerit.

Si forte fortuna *Serryus* ad hæc respondebit, nostrum erit, Lectoribus, quin amplius memorata objectiones repetantur, responsa tantummodo ob oculos ponere.

della *Veronica* nella sua esercit. 54. §. 4. chiama *Mariano* Scoto auctorem *lubricæ fidei*, & *eruditionis exigue*; quando da *Tritemio*, da *Sigeberto*, e dal *Vossio* viene infinitamente stimato, e lodato. Più alla pag. 361. osserva, che il P. *Serry* afferma essere itata chiamata la Vergine *Lanavianam* da S. *Anselmo*, *Industariam* da S. *Epiphanio*, *Textricem* da S. *Giroloamo* e dal *Venerabile Bada*; e lo provoca a citare i luoghi.

Se per avventura egli risponderà a queste obiezioni, noi allora rimetteremo i Leggitori al presente foglio, e daremo conto solamente delle risposte.

## MANTISSA AD ANIMADVERSIONES ANTICRITICAS IN HISTORIAM SACRÆ FAMILIÆ.



Anum de tabula subdixeram, Doctoremque *Sandinum* satis superque confutatum existimabam; cum ecce Veneti Collectores, qui Eruditorum Diurna percipiunt, publicantque in singulis mensibus, *Litterariam* Republicam postremis nuntiis monent; me *Aristarchum* illum meum, valde quidem, immo & acrius quam par fuerat, confutasse; nequaquam tamen ex integro & in totum refellisse: adeo ut multa, quæ mihi ille objecerat, reliquerim insoluta, ac etiam prorsus intacta.

Hoc Venetos Collectores de Opusculo illo meo, censorum iudicium pronunciasse; nil miror; qui certo novi, publicati hujusce judicii fabricatorem & Scribam, illum ipsum fuisse, qui *Sandinum*, ut in me scripturaverat, antea instigaverat, incitaverat, stimularat. Quid enim aliud expectetur ab eo, qui se prius & *Sandini* patronum, & mei adversarium præbuerat? Nihil itaque mirum, quod partium affectu corruptus fabricator & Scriba, in danda Opusculi mei analyti, *Sandini* objecta, meaque vicissim Responsa, non sincere ac simpliciter, ut officium postulat, exhibuerit: sed illa quidem roboravit, firmiter, auxeritque pro libitu; ista vero partim debilitavit & enervavit, partim truncavit ac mutilavit, partim tacuerit præsertimque silentio. Quod prudens quisque Lector se ipso facile deprehendit, si *Sandini* Lucebrationem & meam mutuo conferre liberit; quin mihi multis ostendere necesse sit.

An autem insoluta & intacta, ut jaciat ille, reliquerim aliqua, quæ difficultatis speciem aliquam præ se ferrent; ac non potius ea, utpote utilissima consulto contempserim, sequentes *Animadversiones* palam facient: quibus hæc illa *Sandinianæ* Historiæ loca recognoscant, & ad criticum exigam; quæ *Collectorum* Venetorum Scriba, & amanuensis a me insoluta queritur, ac etiam subarroganter exprobrat. Tædet quidem pigetque, hac etiam vice veteri me includere ludò: at trahor invidus; *Sapientibus* & *insipientibus* debitor sum. Roman. 1. vers. 14.

De Bethleemo muris cincto.

In *Sandinum* Cenforem.

ANIMADVERSIO I.

Cum Bethleemum muris cinctum dixissem obiter Exercitatione 30. §. 2. ut vel sic probabiliter saltem ostenderem, Pastores in agro stabulantes, eam in Urbem de nocte vix aditum habituros, si intra eam Christus Dominus natus esset: vitiligat pro more suo *Sandinus*; meque *Urbem muris tunc temporis cinctam fecisse sine Auctore*, altius inquam pag. 2. clamatque modo *Collectorum* Scriba; responsumque, quo me laqueo liberem, anxius expectat. Tanta est in utroque cavillandi, difficultatesque vel in minutulis necendi, cæca libido!

Responsum quod hæcenus ex contemptu non dedi, ex abundantia modo dabo, nec unum, sed triplex.

Respondeo itaque primo: Me eodem prorsus jure, Bethleemum muris cinctum sine Auctore fecisse, ut pastores in illud de nocte aditum difficulter habituros ostenderem; quo jure illud ipsum muris exutum nudatumque *Sandinus* fecit, absque ullo etiam Auctore; ut pastores suos de nocte in illud posset inducere. In quibus enim nulla suppetit ex prisca antiquitate certa probatio, utriusque Disputantium parti consiendi relinquatur ampla potestas. Porro nullos antiquæ memoriæ Scriptores invenias, qui de Bethleemo, muris ne cinctum esset, an forsitan exutum nudatumque, sermonem fecerit. Tam itaque liberum mihi fuit, Bethleemum muris cingere, quam *Sandino*, muris exuere.

Respondeo secundo. Me quidem Bethleemum, quo tempore natus est Christus, muris cinctum sine certo auctore fecisse; non tamen sine probabili fundamento, ex Sacris Litteris delibato. Constat enim ex lib. II. Paralipomenon Cap. 11. Bethleemum Juda (illud scilicet ipsum in quo natus est Christus) a Roboamo Salomonis filio muris cinctum fuisse constructam; *Habitavit Roboam*, inquit textus Sacer, *in Jerusalem*, & *adificavit Civitates muratas in Juda*: extruxitque Bethleem, & Etam, & Thabac, *Bethsur* quoque, & Socho,

Socbo, & Odollam . . . que erant in Juda & Benjamin, civitates minutissimas: Cumque clausisset eas muris, posuit in eis principes, ciborumque horrea, hoc est, olei & vini. Quamquam autem magnam Civitatum illarum muratarum partem, successu temporis perisse, certissimum sit: Bethlehemum tamen, (quod speciali Dei providentia, ut Christi nascentis esset hospitium, servatum fuisse constat) muris tandem suis exutum spoliatumque fuisse, nulla prodit Historia. Probabilissimum igitur est, Bethlehemum nascente Christo, muris quoque suis cinctum subfuisse.

Respondeo tertio: ut nihil de Bethlehem forte dicamus temere, longe verisimile esse, Judæos suis servandis finibus plus fati intentos; etiam quod tempore natus est Christus, ut se suaque bona, ab inimicorum, prædonum, latronumque incursibus tuerentur; Urbes suas etiam perexiguas muris potius cinctas habuisse, quam exutas atque nudatas: atque illas maxime, quæ Jerosolymis, quo infinitus erat ex omni natione populorum concursus, finitimæ essent.

De nomine Magorum.

In Sandinum.

#### ANIMADVERSIO II.

CUM Magorum nomen fuisse apud Arabes inauditum, Exercitatione 34. §. 6. obiter intinuassem, ut Christi nascentis adoratores, quos facer Evangelicus Textus Magos appellat, Arabes non fuisse demonstrarem; Sandinus cæca contradicendi pruriginem laborans, Magos Arabes in cœnam inducit pag. 34. ut me falli convincat. Nomen Elymas, inquit ille Grotium exscribens, quod a Luca 24. dicitur Actuum 13. vers. 8. ab Arabia venit. Et Plinius Lib. 25. Cap. 2. Magorum Arabie meminit; & Ptolemeus Lib. 6. Cap. 7. Tabula 6. Asia, in Arabia ponit Magorum finem. Quam observationem calculo suo probat Collectorum Venetorum Amanuentis; meque ad defensionem, si potis sim, adornandam invitatur.

In crassum tamen ac pinguem errorem dilabuntur ambo, quo nescire se probant, de quo tempore loquar ego, ac de quibus Magis sermonem faciam, dum Magorum nomen apud Arabes inauditum dixi Exercitatione 34. §. 6. De tempore siquidem Christi nascentis singulariter sum locutus; ac de Magis, non necromanticis, sortilegis, diabolicis artibus intentis; sed de sapientibus, Astronomis, Syderalis scientiæ peritis: Illudque unum nomen ea significatione acceptum, tempore Christi nascentis apud Arabes inauditum asserui. Neque asseruisse pœnitent: Quod & asserit una mecum Vir eruditissimus, ac de re Litteraria optime meritis, Augustinus Calmet Ordin. Bened. in Dissertatione de Magis, qui Christum adoraturi venerunt. Olim quidem, ait ille, apud Persas summa erat Magorum auctoritas, quorum institutioni ipsi pariter Reges tradebantur: Sed Regiam penes illos dignitatem fuisse uspiam, nullibi legitur: cum maxime Jesu Christi ætate, nulla esset regio, neque in Perside, neque in Chaldæa, Mesopotamia, vel Arabia, ubi Reges Magi appellarentur, sive Magorum professura ad Regnum obtinendum necessaria reputaretur.

Quid ergo Sandinus Plinium mihi & Ptolemeum opponit, hujusmodi Magos, Sapientes nimirum Astronomos, apud Arabes diu ante Christi tempora constituentes? Aut quid mihi Divum Lucam objicit, in Actibus Apostolicis Cap. 13. de Elyma Mago Necromantico, diabolicis

artibus intento differentem? Quid istud quæso ad aleas?

De Josepho Deiparæ Sponso.

In Sandinum.

#### ANIMADVERSIO III.

DE Patribus sermonem faciens Exercitatione 25. §. 3. qui Josephum, Christo Domino moriente, adhuc superlitem existimant; cui tamen Christus Mariam Matrem suam non commendaverit, sed Joanni; ut ea ratione significaret, nullum Mariam inter & Josephum carnale commercium accessisse: eo in numero Divum Joannem Chrysostrum posui, tamquam hoc idem ipse sensisset Homil. 5. in Matthæum.

At ecce repugnat pro more suo Sandinus, & Divum Joannem Chrysostrum Patribus aliis a me perperam adnumeratum queritur pag. 416. propterea quod Joannes Chrysostrum, ex eo quod Christus moriens, Virginem Matrem Joanni commendavit, hoc solum concludat, eam non habuisse alios filios præter Christum.

Vigiletne Sandinus, an somniet dum id obicit, dicat amabo Collectorum Scriba, qui causam ejus tanto studio suscepit orandam. Annon enim in unum idemque redeunt ista duo, Nihil Mariam inter & Josephum carnale commercium accessisse, . . . Et Mariam non habuisse (utique ex Josepho) alios præter Christum? Quandoquidem nonnulli accedente carnali commercio, alios filios habuissent. Non aliud ergo hac in parte sensit Chrysostrum, quam quod alii Patres a me laudati fenserunt; illisque iccirco a me adnumeratus est jure summo.

De Bruttis Christi tortoribus.

In Sandinum.

#### ANIMADVERSIO IV.

STRabonem & Diodorum Siculum, eos inter Scriptores laudavi Exercitatione 57. §. 6. qui Bruttios infamiam notatos scripsere, propterea quod primi omnium a Romanis ad Annibalem defecissent.

Contra Sandinus opponit, Auctorem nuperimum libri de Tortoribus Christi Domini, anno 1731. Neapoli editi Dissertat. 3. Cap. 2. ostendisse, Nihil hujusmodi apud Strabonem & Diodorum legi, Bruttios scilicet propter eorum perfidiam ad servile Licitorum munus a Romanis coactos fuisse.

Sit ita vero, ut libet ut lubet Scriptori huic Bruttio (talem enim eum novimus omnes) pro patria pro domo scribenti. Annon satis mihi debet esse, quod quæ ipse a Strabone & Diodoro Siculo narrari negat, ab Aulo Gellio Noctium atticarum lib. 1. & a Festo Pompejo narrata fuerint; immo & ab ipso Baronio, Bruttiorum licet patrono & advocato? Is enim Bruttios hac ipsa infamia notatos ultro citroque fatetur, ac etiam Auli Gellii auctoritate confirmat: Nec aliter Bruttios Christi tortores fuisse negat, quam quia illos ab ea tandem infamia nota, ex parte saltem liberatos putet, Christo Domino patiente & cruci affixo; quo tempore ferale ministerium, aliarum quoque nationum militibus adscriptum existimat. Quid ergo accurato diligentique criterio Strabonis atque Diodori, id insuper probandum aggredere, quod aliunde satis superque probatum est; immo quod ultro citroque concedit ac

ac etiam probat, quem ibi oppugnandum aggredior, adversarius?

De Mariano Scoto.

In Sandinum.

#### ANIMADVERSIO V.

VULgarem Historiam expendens Religiosæ Mulieris, quæ Christo Domino ad Calvarium montem pergenti Christum exhibuisse dicitur, ut faciem sudore madentem abstergeret: hanc a Mariano Scoto primum jactatam observavi, nullo prælucente veteris memoria documento. Ejusque iccirco testimonium exfluxi, tamquam Scriptoris lubricæ fidei, eruditionis exigue & recentis ætatis; quippe qui cadente dumtaxat undecimo sæculo floruit.

Reclamat ad hæc bonus Sandinus pag. 285. Marianum Scotum a me male habitum dolere: quod is & a Tritemio, & a Sigeberto, adhuc autem a Vossio fuerit commendatus.

Scilicet grande scelus ac morte luendum, Sæculi undecimi Scriptorem, factum ad primum Ecclesiæ Sæculum spectans, ipsumque Christum Dominum contingens, pro arbitrio referentem, lubricæ fidei, & eruditionis exigue Historicum dicere! Equam quæso potuit ille, tam longo Sæculorum tractu disjuncto, de hujusmodi facti fidem se solo facere, nisi lubricam? Aut quam potuit ille facti hujus habere, nisi tenuem admodum, & exiguam? Unde & quotquot modo religiose mulieris, quam vulgo Veronicam dicunt, Historiam rejiciunt, eruditi, (rejiciunt autem bene multi) Mariani Scoti primi illius Architecti testimonium & auctoritatem exsufflant.

Sed habuit, inquit Sandinus, Marianus Scotus Laudatores suos, ac ipsum etiam Vossium, emundissimum criteri virum. Sit ita vero; non tamen in omnibus habuit laudatores: ac multo minus in ea de qua hic agitur Historia fabricanda: sed in iis in quibus Eusebium & Cassiodorum exscripsit, ut loquitur Vossius ipse, de Historicis Latinis Cap. 47. Cæterum in aliis, mirum quam contemptum a Celeberrimis ævi nostri criticis rejiciatur! Ab Tillemontio Nota 33. in Vitam Christi Domini, & a Natali Alexandro in Synopli Sæculi 4. Ubi fabellas Sancto Methodio a Mariano Scoto inepte affictas infestantur. C' est faire injure a ce Saint Martyr, que de luy attribuer les fables, que Marianus Scotus cite de Son Methode.

De Virgine Deipara, honestam artem ad vitæ quæsitam exercente.

In Sandinum.

#### ANIMADVERSIO VI. & Ultima.

POSTquam exercitatione 44. §. 7. Deiparam Virginem honesto artificio, & sibi & filio adhuc tenello, vitæ necessaria comparasse; non secus ac Josephum, propugnavi; sub finem tandem obser-

F I N I S.

#### INDEX ANIMADVERSIONUM.

Animadv. I. De Bethleemo muris cincto.  
II. De nomine Magorum.  
III. De Josepho Deiparæ Sponso.  
IV. De Bruttis Christi tortoribus.

Animadv. V. De Mariano Scoto.

VI. De Virgine Deipara, honestam artem ad vitæ quæsitam exercente.

IN-

# INDEX RERUM PRÆCIPUARUM.

B

**B**aronius (Cardinalis) quo pacto neget, Brutios fuisse Christi tortores. An. mad. IV. Bethlehem, quando natus est Christus num muris cinctus fuerit, vel exutus nudatusque, certo determinari non potest. I. Hinc cum nulli antiquæ memoriarum Scriptores hac de re sermonem fecerint, liberorum unicuique est, vel muris illum cingere, vel exuere. *Ibid.* Non sine probabili fundamento ex sacris litteris delibato quilibet asserere potest, Bethlehem muris tunc cinctum fuisse. *Ibid.* Ex speciali Dei Providentia, ut Christi nascentis esset hospitium, servatus fuit. *Ibid.* Verisimile est, Judæos, etiam quo tempore natus est Christus, ut se suaque bona ab inimicorum incuribus tuerentur, urbes suas etiam perexiguas muris potius cinctas habuisse, quam exutas ac nudatas. *Ibid.* Brutios infamie notatos scripsere Aulus Gellius, Festus Pompejus, & Baronius. IV.

C

**C**almet (Augustinus) ait, Jesu Christi ætate apud Arabes, Reges non consuevisse appellari Magos. II. Christus Jesus moriens cur non commendaverit Mariam matrem suam Josepho adhuc superstiti, sed Joanni. III. Collectores Veneri, qui Eruditorum Diurna perferunt, asserunt, Sandinum valde confutatum fuisse a Hyacintho Serryo, non autem ex integro & in totum, cum ipse Serryus multa, ut ajunt, reliquerit insoluta. *Ante primam Animadversionem.* Hujus judicii scriba ille ipse fuit, qui Sandinum incitaverat, ut adversus Serryum scriberet. *Ibid.* Idem scriba in danda analiyi Opusculi Hyacinthi Serry, non exhibuit objecta & responsa sincere ac simpliciter. *Ibid.* Responsam expectat ab eodem Serryo, cur sine ullo Auctore dixerit Bethlehem muris cinctum quando natus est Christus. I. Eandem ad defensionem adornandam invitavit, cur scriberet, Magorum nomen apud Arabes inauditum fuisse. II.

I

**J**udæi quo tempore natus est Christus, verisimile est urbes suas etiam exiguas muris cinctas habuisse. I.

L

**L**ucas S. in Actibus Apostolicis loquitur de Elyma Mago Necromantico. II.

M

**M**aria Virgo Deipara honestam artem ad vitam quietam exercuit. VI. Supervacaneum omnino est, quænam ars illa fuerit ex Patrum scriptis inquire. *Ibid.* Marianus Scotus undecimi sæculi Scriptor laudatur in his, in quibus Eusebium & Calliodorum exscripsit. V. In multis vero a celeberrimis ævi nostri Criticis rejicitur. *Ibid.*

S

**S**andinus (Antonius) altius inquam, Hyacinthum Serryum asseruisse sine ullo Auctore, Bethlehem, quando natus est Christus, muris cinctum fuisse. I. Auctoritate Plinii & Ptolemæi probare contendit, Magorum nomen apud Arabes inauditum non fuisse. II. Queritur, quod Serryus de Patribus sermonem faciens, qui Josephum Christo Domino moriente superstitem adhuc existimant &c., Divum Joannem Chrysolomum perperam adnumeraverit. III. Opponit eidem, quod Strabonem & Diodorum falso citaverit. IV. Reclamat contra eundem, eo quod Marianum Scotum a Tertemio, Sigeberto, & Vossio laudatum, ipse Scriptorum lubricæ fidei, eruditionis exigue, & recentis ætatis appellaverit. V. Retrahet dare assensum eidem asserenti, Patres non satis mutuo consentire in assignanda ea ætate, quam coluit Virgo Mater. VI.

Serryus (Hyacinthus) triplici de causa sine ullo Auctore asseruit, Bethlehem muris cinctum fuisse, quando natus est Christus. I. Quando dixit, *Magorum nomen apud Arabes inauditum fuisse*, de quo tempore loquatur, & de quibus Magis sermonem faciat. II. Sux sententiæ asserentem adducit Augustinum Calmet. *Ibid.* Jure summo adnumeravit Divum Joannem Chrysolomum Patribus, qui existimant, Christo Domino moriente Josephum adhuc superstitem &c. III. Pro Strabone & Diodoro, quos alias citaverat, de Brutis infamie notatis differens, citat modo Aulam Gellium, Festum Pompejum, ac Baronium. IV. Non immerito appellavit Marianum Scotum, Scriptorum lubricæ fidei, &c. V. Cur non citaverit, quo loco Patres doceant, Mariam coluisse artem lanariæ, vel indusiarum, vel textricem &c. VI. Quæ hac in re tradidit, ex Vincentio Contensonio syllabatum extirpavit. *Ibid.*

V

**V**ossius emunctissimi criteriæ Vir laudavit Marianum Scotum. V. Non tamen in omnibus. *Ibid.*

# MATTHÆI BASILE

ARCHIEPISCOPI PANORMITANORUM

ADVERSUS EXERCITATIONES

## P. JACOBI HYACINTHI SERRY

DE CHRISTO EJUSQUE MATRE

DISSERTATIONES POSTUMÆ

AD CURANTE

## JACOBO BASILE

SOCIETATIS JESU FRATRIS FILIO.

AD EXCELLENTISS. AC REVERENDISS. D. EPISCOPUM AVERSANUM.

## NICOLAUM SPINELLUM

EX PRINCIPIBUS SCALEÆ &c.